



Universitätsbibliothek Paderborn

Capitularia Regvm Francorvm

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae
doctissimorum virorum

Baluze, Etienne

Parisiis, 1677

1. Si quis monasterio aut exsenodochio de magna re vult construere.

urn:nbn:de:hbz:466:1-22974

INCIPIT SCEDOLA QVALITER CARTAS
paginis fiantur.

De magna re qui vult exsenodochio aut monasterio construere.

I. D omino verè sancto atque sedula ostensione patentibus virtutum miraculis Christi remuneratione fulgenti, oratorio ac cellula in honore sanctæ ac semper virginis genitricis Domini nostri Iesu Christi aut in alterius sancti Confruēta, ille, reus quidem meritis flagitiis, quoque sceleribus, prelaſcivis actibus ac nimia fœditate pollutus, vel opere omnium bonorum Christianorum longè satis extremus. Hoc tota penè sanctarum scripturarum series Christianis fidelibus pia exhortatione pronuntiat, hoc etiam tonitrualis illa Evangelistarum vox, sancto suggerente Spiritu, sua potestate concelebrat, ut faciat in pauperes eleemosynam qui vult tartari evadere supplicia. *Vnde & Dominus in evangelio dicit: Vnde omnia que habes, & da pauperibus, & habebis thesauros in celo.* Pensamus ergo omnes Christiani quanta sit pietas & largitio redemptoris ut eleemosynas pauperum promittantur nobis thesauri regni celorum. Procuremus igitur sicut Dominus & salvator noster præcepit, & ac si non quantum avemus, sicut in quantum possumus, eleemosynam faciamus. Nemo itaque dubiter, nemo tardet: quia si nos facimus quæ Dominus & salvator noster præcepit, ille sine dubio facturus est quæ promisit. *Ait enim scriptura: Abcondite eleemosynam in corde pauperis, & ipsa pro te deprecabitur Domino.* Abcondamus ergo eleemosynam in corde pauperis, ut proveniat nobis deprecatio pauperum in remissionem peccatorum. Multa quidem & alia quæ latiniſa sunt profecti pro eleemosynis faciens testimonia in scripturis sanctis reperimus, inter quibus vel ex quibus illam ego eximmo potiorem sententiam quæ ait: *Sicut aqua extinguit ignem, sic eleemosyna extinguit peccatum.* Quid ergo verius potest credi, quid confidentius, quidve expressius, quia sicut aqua extinguit ignem, sic eleemosyna extinguit peccatum. Iuste ergo extinguitur qui peccatorum incendia eleemosynis juxta pollicitationem divinam extinguere non festinat. Faciant quippe ce-

Matth. 19.
Luc. 12.
Eccli. 29.

teri quod voluerint, agant quod ipsi maluerint, idcirco quia omnis homo suo sensu ducitur; ego tamen hujus rei exemplum fecutus elegi ad præfato oratorio vel cellula, juxta Apostolorum numerum duodecim ad prælens pauperum, pro remissione peccatorum meorum, vel pro diuina meorum mole peccatum, Christo præsule conlocare; ubi etiam per præsentem epistolam donationis meæ dono ad præsentie die quod in luminaribus ipsius oratorij vel in alimonia & substanciali vita, vestiti quoque & sustentante ipsorum pauperum vel Clericorum ibidem servientium, Deo gubernante & opitulante, proficiat, donatumque in perpetuum esse volo, atque de meo iure in eorum dominatione & potestate lego, trado, transmitto, atque transfundeo, hoc est, agros quorum vocabula sunt illa & illa, quæ ponuntur in territorio illo, pari modo, & quicquid in illo territorio ponitur, in omni soliditate portione mea, unâ cum mancipliis, ædificiis, vineis, terris, pratibus, silvis, omnique jure eorum, unâ cum colonicis adjunctis, adjacentiis earum, in omni soliditate earum, sicut à me noscitur fuisse possedium, aut mihi ex legitima successione aut undecunque aliquid mihi ibidem obvenit, cum omni soliditate vel opportunitate earum ad integrum; ea scilicet ratione atque prætesto ut remota Pontificum similius ecclesiasticorum omnium officium seu publicorum omnium potestate, nullas functiones vel exactiones, neque exquisita & lauta convivia, neque gratiosa vel insidiosa munuscula, neque etiam ballorum pastus, aut paravereda, vel ceteras angarias, aut in quodcumque functionis titulum dici potest, de ipsa facultate penitus non requiratur, sed sub integra emunitate facultatricula ipsa, sicut à me hue usque possessa est, in iure oratorij sancti illi & prædictorum pauperum debent Deo protegente & opitulante persistere; nisi tantum sancti & apostolic illius urbis Episcopi, in cuius oppido exsenodo cius ipse ponitur, pro tradendis benedictionibus vel substituendis Abbatibus, Presbyteris quoque & Diaconibus, absque ulla pecuniarum adceptione, amplius vero

verò donandi , exigendi , vel minuendi caufam nullam habeat potestatem . sed nec per commutationis locum quicquam ex hoc auferendi nullo tempore occasio vel aditus tribuatur , sed perpetualiter in potestate prefati oratorij sancti illius vel ipsorum pauperum Christo favente permaneat . Hoc etiam ipsis Pontificibus obsecro vel committo , ut illos per succedentibus temporibus , cum casus mortis extiterit , Abbatis aut Clericis vel reliquis Clericorum gradus in eodem loco dignentur vel debeat instituere quos sapientia & eruditio scripturarum clarificat , vel quos vita sancta & actio bona aut conversatio honesta commendat . Vnde obsecro clementissimis Regibus tam presentibus quam futuris & omnibus in Deo Episcopis omnibusque potestatibus ac primatibus , omnes etiam seniores , quoque judices esse constituerit , per ineffabilem Dei omnipotentiam & per inseparabilem Patri & Filio & Spiritui sancto trinitatem , ut hac voluntate mea pro nullis occasionibus , sicut existente sine Deo cupiditate res exiggi solet , nulla ratione nullaque tempore convellere permitatis , sed per sollicitudinem & curam Episcopi constare potius pro reverentia trinitatis immensa vestro tempore & studio vel opere jubearis ; quantum ut & ille vobis mercedem restituat in futuro qui scit me eleemosynis ipsis sanctis Dei pauperibus pro amore Domini nostri Iesu Christi ardenti desiderio tribuisse . Si quis huic voluntati mea pro quibuslibet adinventionibus seu oppositionibus , sicut mundus cotidie artibus & ingenii expolio obvius , vel repetitor , convulsor etiam , aut tergiverator extiterit , anathema sit ; & tam qui fecerit quam qui faciendo confenserit , anathema sit ; & sicut Dathan & Abiron hiatus terrae absorpti sunt , vivens in infernum descendat , & cum Ziczi fraudis mercatori & in presenti & in futuro seculo partem damnationis excipiat ; & tunc veniam confequatur quando confecuturus est & diabolus , qui se se fallendo aetheria sede dejecetus , cruenta adinventione bonis operibus semper obviare per vigilar ; insuper etiam inferat folcante quoque tam in persecutione quam in exactione sacratissimo fisco , vel sancto Episcopo Ecclesiae ipsius auri libras centum ; & nihilominus haec præsens epistola , quæ à me pro timore Dei & amore pauperum conscripta est , firma , incorrupta , intemerata , inviolataque permaneat . Ego

Tom. II.

namque de conlatis ac superius prænotatis rebus omnia ad curam & sollicitudinem aut defensionem rerum vel gubernacionem ipsorum pauperum sancto ac prætato Domino illo Episcopo vel successoribus suis , Deo sibi teste , committo ; & instrumenta , per quod res ipsas auxiliante Domino per eorum sollicitudine defensetur , superscripto Domino illi Episcopo præmanibus tradidi ; & qualiter ibidem prouidè , piè , reuelè an secus egerit , Christo Domino in se iudice recognoscatur . Mihi autem nihil exinde proprietatis titulum penitus non reservavi : quia facilè contemnit omnia qui cupit ab inferni fauibus erui , vel ille qui peccatorum remissionem Deo remunerante desiderat , aut ille qui semper cogitat cum velit nolit esse moriturum . Stipulatione . & cetera .

Prologus qui de grandi causa facit donationem.

I I. Quantum intellectus sensusque humanus potest mente sagaci pensare atque follerti indagatione perpendere , nihil amplius valet in hujus seculi luce gaudia fugitiva lucrare quam quod de rebus his locis venerabilibus in almoniis pauperum curetur impendere : quatenus fragilitatem naturæ quod omnes generaliter patiuntur , priusquam subitanea transpositio eveniat , oportet pro salute animæ vigilare , ut non inveniat quemquam imparatum , & sine aliquo respectu discedat à seculo . Quin potius , dum proprio libertatis jure subsistit , ex caducis substantiis in æterna tabernacula vitam querat mercari aeternam ; ut inter iustorum consortium desiderabilem valeat adipisci locum , & retributorum sibi præparet Deum , ut de fructu indificienti paradisi mereatur foveri ; de cuius vivo fonte , perfecta fide poscente , nec subtrahitur poculum , nec minuitur alveus , sed potius ut quisque hauserit , inngatus dulcedine coelitus , atque suavis ei flagratur odor balsami paradisi .

Item alio prologo.

In nomine sanctæ Trinitatis . Prosperum ac salubriter consilium immoque latissimum esse dinoscitur ut homo de mundanis rebus comparet paradisum & de terrena transferat in celestia . Sic Dominus in sancto evangelio præclaram intonat vocem dicens : *Theaurizate vobis thesauros in celo , ubi nec fur effodit , nec tinea fulcat .* Matth. 6.

C c